



Sammelband von Dina



U. g. 1975

PROCESSVS IVDICIARII
DISPUTATIO VI.

DE PROBATIONIBVS, TESTIVM
HABILITATE, PRODUCTIONE,
examine, depositione, & attestatio-
num publicatione

*Ex Jure Civ. Can. Sax. Ordin. Cam.
Imp. & in foro recept. Practic.
opin. desumpta*

Q V A M

DEO ter opt. ter max. auxiliante

SVB PRAESIDIO

Nobiliss. Clariss. Consultiss. Viri

Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.
& in illustri Salana P. P. P.

proponit & propugnabit

SIGISMUNDVS ANDREAS
MARCVS.

Publicè in Iurisprudentiæ Acroasi

Ad diem 25. Octobr. horis solitis.

I E NÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCXCV.



Illustrissimo, Celsissimoq; Principi ac Domino Dn. 107
ANNI Duci Saxonie, Landgravio Thuringia,
Marchioni Misnia, Domino suo cle-
mentissimo.



VM Tullio teste PRINCEPS ILLUSTRISIME, Domine clementissime, non ita generati sumus à natura, ut ad ludum & iocum tacti esse videamur, sed ad severitatem potius & studia quædam graviora ac maiora, non iniuste à veteribus factitatum legimus, qui iuventutem in iis educandam censuerint, quibus senectutem alere, in ea secundas res ornare, adversis solatium præbere, regna feliciter administrare, multisque animi dotibus, quæ nulli infortunio sunt expositæ, quam plurimis prodesse possit. Quod maxime in IUSTITIA POLITICA evenire nemo dubitat, siquidem hæc, IUSTINIANO IMPERatore annuente, ornatur firmaturq; imperium, conservatur Republica, pulchre humana gubernatur vita; Cuius cognitio licet magna & difficilis, non enim ludo vel ioco acquiritur, utilitatis tamen magnitudo homines ad suscipiendum hunc laborem impellere debet, atque indies impellit. Si enim cum labore præclare quiddam egeris, & quod honestati sit coniunctum, labor abit, honeste factum remanet summo cum fructu, qui maxime in diuina hac Iurisprudentiæ per PRAXIN, veluti finem THEORIAE, obuenit, ad quam, meram quasi, in curriculo hoc laborantes strenue tendimus omnes. Quod cum multos mecum moverit, qui in publico Processus iudicarii collegio à ICRO Ortu & arte Nobiliss. D. A R N O L D O D E R E Y G E R laudabiliter instituto militant, inque co mihi disputatio hæc, materiam juris difficilissimam & utilissimam continens sorte contigerit, Tibi tam, PRINCEPS ILLUSTRISIME debita animi subiectione dico & consecro, non quidem quo celebrior hisce meis chartis evadas, qui Illustrissimæ familiæ aliàs splendor & decus, in quo virtutes Patriæ & vere heroicæ, tanquam in speculo crystallino relucet, sed ut quale quale erga te humilissimæ gratitudinis extaret testimonium. Cui enim potius ingenii dona si qua sunt, debemus quam ei cuius ope & auxilio comparavimus? In eo culpandus viderer, qui nauseam ex quotidiana fere huiusmodi musculorum oblatione conceptam augerem: Verum ut ut sic spe meliori fretus hæcæ assertiones tibi offerre volui, submisse rogans, ut sereno vultu eas suscipias, potentiaæ tuæ clypeo foveas, tegas, protegas: Non enim solummodo regium est magna elargiri, verum, ut Artaxerxes, Persarum Rex, aquam ab operario manu haustam acceptare gaudebat, parva quoq; recipere: Quod superest, DEVM ter. opt. max. supplex oro: ut T. Cel. totamq; stirpem Saxoniam servet, conservet, Ruram florentem salutaris aquæ pluvia refrigeret & confirmet, sub cuius umbra ab incursionib. hostium tui requiescere & rebus publicis liter inservire possimus.

C.T.I.

Sub, Sigismund. And. Marcus.



DE PROBATIONIBVS IN
genere, & testibus disputatio.

CONTINUATIO.

Causa in Iudicium deducta, actioneque edita,
si reus negativè litem contestatus fuerit Pro-
cessus Iudiciarii ordo postulat, ut actor inten-
tionem, ut & Reus exceptionem legitimis proba-
tionibus confirmet, de quibus partim hac, partim
sequenti disputatione agetur.

THESIS I.

PROBATIONIS DEF I- Probatio
nitio, aliis rejectis, hæc nobis arridet: quid.
quod sit rei dubiæ per argumenta de-
monstratio a: Nec inconcinnè dividitur
in artificialem & inartificialem b: qua-
rum hæc á litigatoribus ad advocatum Quotuplex
allata testimoniis fundatur c, illa verò
ex ipsa causa solertia Advocati exstructa potissimùm ar-
gumentis nititur d.

a gl. Bart. Azo. Sic hard. ad rubr. C. hic. Robert. 4. sent. c.
I. Diff. Bald. in d. rubr. Abb. Hostiens. ex eod. ut videre licet apud Go-
thofred. in rub. h. t. Sed ad horum obiectiones bene respondet VVes.
in paratit. h. t. n. 2. b quæ divisio ab Oratoribus de-
sumta postmodum á ICtis approbata VVesenb. hic. n. 4.
Obrech. disp. de probat. th. 31. & seqq. Robert. 4. sent. d. c. 1. Donel.
c. s. de prob. Menoch. in prasat. l. 1. prasunt. n. 6. & seqq. c pu-
ta quæ fit per testes instrumenta, confessionem, jura-
mentum VVes. d. n. 4. Dd. in l. admonendi. de iureiur. de quibus
specieb,

Subdivisio.

speciebus tum hac, tum sequenti disceptatione dispiciendum erit. d Robert. d. c. 1. Duar. de probat. c. 3 Donell. d. 1. 5. Subdividitur ratione effectus in plenam & semiplenam: ut quæ plenam fidem, vel quæ semiplenam aut opinionem iudici faciat: VVes. d. n. 4. ubi omnino, quid de hac divisione sentiendum vide. Sich. ad rubr. C. h. t. n. 4. Myns. in rubr. de prob. n. 17 & 18. Quamvis a. plures divisiones pro ratione caularum ad Dd. afferantur, ut docet VVe. d. n. 4. statuto tñ. eas ad certum probandi modum restringi posse in Camera Imperiali conclusum esse testatur Mynsing. 1. obs. 5. & in c. sunt. 2. n. 27. & seqq. ubi tamen vide limitationes, b. t. ex sent. Spec. 1. de probat. §. videndum, n. 4. vers. sed pone: Bart. & Dd. in l. 9. §. 3. de R. C. Panormitan. Decii & Dd. in c. 2. de probat. Salicet. in auth. Cassa. n. 11. C. de SS. Eccl. Tiraq. in tract. de retract. §. 2. gl. 1. n. 16. & 17. ubi eam communem dicit.

II.

Quis probet

Imponitur probationis onus sententia interlocutoria iudicis cui probatio facienda a, & quidem ei, qui allegat, affirmat, vel agit aliquid in iudicio b. Vnde de illa Regula generaliter vera, quod videlicet affirmanti incumbat probatio c, negantis verò factum per rerum naturam nulla sit d.

Regula.

a c. licet. de probat. l. à Procedente. ubi Bart. Bald. & alij C. de dilat. l. quingenta 12. h. t. l. 3. §. 1. de testib. l. eos. C. eod. b l. 2. l. ab ea parte. §. 1. quidam. 15. l. verius. 21. & l. seq. h. t. Exempla vide in l. 1. 3. 4. 8. & passim b. t. quemadmodum ea recenset VVes. d. loc. n. 6. c d. l. 2. b. t. Duar. in Comm. ad hunc tit. c. 1. & 11. Donel. de prob. c. 2. Atque hoc sensu vere dicitur a Actori non Reo, quatenus sc. reus est, probationem incumbere. l. 8. l. 23. C. h. t. Reus verò si quid excipiendo asseverat & ad sui defensionem dicit sive in personalibus, sive realibus iudiciis, actoris partibus fungitur, suamq; exceptionem merito probare tenetur. l. 1. l. 19. C. h. t. l. 15. §. 1. l. 9. l. 18. §. 1. l. 19. per tot. ff. eod. l. 1. de except. Duar. d. 1. 12. Sichard. ad d. l. 1. C. h. t. n. 1. d c. quoniam. h. t. l. 8. l. 23. ub. Sichard. n. 6. C. eo. l. 10. C. de non num. pec. quod ita intelligendum, si pura & mera sit negatio cuius ratio nulla reddi potest, non verò si implicitam affirmativam habeat, quam pragnantem vocant

vocant, cuius ratio afferri potest. d. l. 8. h. t. §. 11. ubi. Dd. 1.
de inutil. stipul. Duar. d. c. 12. Donell. d. c. 2. Myns. in c. quoniam. 1.
6. cum seqq. h. t. Plures quoque species negativæ recentent
Dd. ut videre licet apud Lanfranc. in c. quoniam. de probat.
n. 15. Specul. tit. de probat. §. 1. n. 1 & seqq. usq. ad n. 10. Bart. in
l. in illa stipulatione. de V. O. Cyn. in d. l. actor. C. de prob. Chil. Konig.
in tract. c. 68. n. 3. & 4.

III.

Atque hæc ita procedunt regulariter: interdum *Exceptio à*
tamen cum iusta aliqua præsumptio intervenit probandi *Regula.*
onus ab affirmante in negantem ab actore in reū trans-
fertur a, ubi rerum, de quibus controversia præci-
pue qualitates considerandæ b, utrum naturales sint
pro quibus tam diu præsumitur donec abesse proben-
tur c, vel accidentales, quæ potius abesse, quam ad-
esse præsumuntur d.

a l. generaliter. 24. §. sed etsi. 8. de fideicom. libert. l. 3. l.
24. & 25. h. t. l. si ve possidetis. C. eod. c. quia verisimile. de præsumt.
c. sollicitè extra de restit. spoliat. Specul. h. c. §. 1. n. 11. Lanfran. in d.
c. quoniam. n. 15. Chil. Konig. d. c. 68. n. 5. & 6. Duar. d. c. 11. Don.
de prob. c. 3. b Si hard. in l. 16. n. 12. & seqq. usq. ad n. 20. &
in l. 23. n. 10. ubi multas præsumtionum causas, ex quibus oriun-
tur enumerat. Obrecht. disp. probat. neg. n. 99. & seqq. c veluti
si filius in potestate Patris se esse neget l. si filius. 8. h. t. nam
pro patria potestate præsumitur Gothof. add. l. 8. lit. l. vel
si filius neget Patrem compotem mentis fuisse tempore
facti testamenti vel Codicillorum, l. 5. C. de Codicill. aut si
quis bonum hunc esse negaverit, qui tam diu præsumi-
tur, donec malus probetur. l. 18. §. 1. hic. l. 20. de man. test. c.
ult. de præsumtionib. Schurff. cen. 1. cons. 81. n. 6. 7. & 8. Landrecht
l. 3. art. 28. per text. & ibid. gl. Plura exempla vide in c. ult. de
succ. ab int. c. fraternitatu. de frigid. & malef. gl. & Dd. in c. 10. qui
fidem. de Spons. Richard. eleg. n. d. l. 22. n. 10. qui secutus Specul. d.
loc. n. 7. & 8. Chil. Konig. d. n. 3. vers. Also auch so einer verneint/
oder nicht gestehet/ das einer fromm/steissig/ Ehelich geboren / zu
bezahlen sey. etc. d Et consistunt hæc vel in re, ut artes,
virtutes, vel extra rem ut divitiæ, paupertas: l. 5. §. 1. Qui
satis

satis cog. l. 6. de his qui sunt sui. l. 9. C. de nupt. c. presumitur. de R. I. in 6. VVesenb. hic. n. 15. ubi varia vide harum qualitatuum exempla: Et dicuntur hæ qualitates vel accidentia alio modo intrinseca vel extrinseca VVesenb. d. n. 15. Sicbar. in d. l. 23. n. 10 Mynst. in c. quoniam. 11 n. 15. & seq. Quatum qualitatuum si semel probata fuerit præsentia ea in posterum præsumitur, quo usque demonstretur absentia. l. 22. h. t. l. 2. C. de Prof. & Med. c. semel. 8. de R. I. in 6.

IV.

Materia,

Probanda autem sunt pro cuiusq; intentione in iudicio facti *a* & juris *b* quæstiones: Et quidem ea, quæ ad ipsum causæ caput litisq; decisionem spectant & vocantur à Dd. articuli pertinentes, qui vel directo vel per consequentiam aut levi præsumptione causam adjuvant *c*. Hinc sequitur de iure & facto notoria *d*, ut & impertinentia & à statu controversiæ aliena *e* in iudicio probanda non esse.

a l. 4. & 6. h. t. l. 16. & t. t. C. eod. VVes. in paratit. hic. n. 7. *b* puta dubij arg. l. 5 h. t. Obrecht. disp. 1. th. 24. Diff. Castr. & reliqui Dd. in l. unic. C. ut qua def. adv. per l. 16. h. t. qui non iuris, quod per se certum est, sed solius facti probationem exigunt, cum per se iura iudici notoria esse debeant. VVesen. d. n. 7. in pr. *c* l. 10 17. 21. & 22. ub. Dd. C. hic. l. doce. 9. C. de R. V. auth. in isto iuramento & ib. Br. Sicbard. & alij. C. de iureiur. propter calum. c. quia verisimile. de presunt. c. cum contingat. de offic. deleg. Iason in l. si duo patroni. §. idem Iulianus n. 14. de iureiur. Bart. in l. 2. §. quod observavit. n. 20. & seqq. C. de iureiur. propter cal. Decius. cons. 162. n. 2. Specul. tit. de posit. §. quinto superest: ubi qui tituli vocentur impertinentes docet. Gail. l. 1. observ. 81. Exigit autem iudicis officium diligenter articulos examinare, utrum probati relevent probantem nec ne, vel an ad principalem causam faciant unde pertinentes dicuntur. Gail. d. loco. n. 1. per ib. alleg. d. c. 3. de testib. cog. c. evidentia. de accusat. & ib. gl. c. qualiter. 24. eod. Bald. Salycet. & late Dd. in l. ea quidem. 7. C. de accus. Angel. & Imol. in l. 1. de fer. Sich. in rub. C. h. t. n. 3. allegari tamen vel proponi debent secundum Bart. in l. 1. de except. n. 10. gl. in clem. appellanti. verb. alias

alias. de appell. text. & gl. in c. manifesta 2. q. 1. Felin in c. si duobus
n. 13. de appell. Huc pertinent, quæ antea decisa & de-
finita sunt l. sub pretextu. C. de transact. l. admonendi. de Iureo
iur. puta per sententiam vel transactionem aliove mo-
do d. l. si duo. 13. §. idem Iulianus de iureiure. Alex. in l. 26. §.
si Pater. d. t. utpote quæ pro certis & indubitatis haben-
tur. l. eleganter. 23. §. 1. & ibi. gl. de cond. ind. l. & post. de
transact. l. si causa. 32. ub. las. & Dd. C. eod. Vves. in Parat. d. n. 7.
Diss. Dd. qui adhibita distinctione in notoriis probati-
ones requirunt. Innoc. in c. tua. de cohab. cleric. Butr. in tract.
de notor. art. 3. n. 30. Prior tamen opinio in notorio facti
continui verior est, & in Camera recepta, licet in noto-
rio facti momentanei vel transeuntis secus sit: ut ele-
ganter post Dd. Bald. in l. cum fratrem. C. de his quib. ut ind. &
Salicer. in d. l. ea quidem. D. de accus. tradit Mynsing. 6. obs. 3.
ubi latius hæc perstringentem vide. e d. l. si duo Patro-
ni. §. Idem Iulianus. de iureiur. l. 1. & auth. in isto. C. de Iurei. prop-
cal. ubi Bart. Siehard. & alij Dec. cons. 162. n. 1. Bald. in l. ad pro-
bationem 22. C. h. s. d. c. cum contingat. de off. del. Specul. tit. de posit.
§. sexto. n. 17. & §. septimo. n. 4. & 5. & talis probatio à
Iudice non est decernenda. c. dilecti. de Except. Ioan. Andr.
in c. fraternitatis. de testib. Chil. Konig. c. 69. §. vnd das ist auch.
Debet igitur Iudex esse cautus in probatione impo-
nenda; cum non solum parti injuriam faciat, verum
sibi ipsi malum accersat, Chil. Konig. d. c. 69. §. sin. litemq;
suam faciat. gl. singul. in c. cum contingat. in verb. nihilominus.
de offic. deleg. Bart. in l. ille à quo. §. si de testamento. n. 4. ad SC.
Trebell. pulchrè Iason in d. l. si duo. §. Idem Iulianus. n. 34. & post
eos erudite Gail. d. l. 1. ob. 81. n. 3. Myns. 2; obs. 56.

V.

Quando verò probatio proponenda videndum:
 Et quidem adhibito discretionis sale inter Actorem &
 reum hoc modo putamus: ut videlicet Actor in cau-
 sis pecuniariis probationibus certis & liquidis a in
 criminalibus vero etiam luce meridiana clarioribus b,
 intenti-

intentionem suam post litem contestatam e. Reus
vero Exceptiones suas dilatorias d & peremptorias
privilegiatas e, ante litem contestatam probet f.
In reliquis vero idem cum Actore tempus observet g.
Vterq; verò intra dilationum terminos à jure præfi-
xos b.

a l. 6. hic. l. 10. 13. 15. 17. C. eod. l. 3. §. 4. de susp. tut. l.
30. de test. tut. l. 34. §. 3. de legat. 1. l. 19. C. de R. V. l. 2. C. de in lit.
iur. c. in presentia de probat. Menoch. 1. presumt. q. 97. n. 29. Galb.
2. obs. 13. n. 5. b l. 25. C. hic. l. 16. C. de pœn. l. 11. in pr. ff. eod.
c. sciant. 2. q. 8. Præsertim vero in capitalibus Treutl. hic.
th. 7. Ratio sumitur ex l. 5. in pr. de pœn. satius enim
est impunitum nocentis facinus relinqui, quam inno-
centem damnare: Et quo graviora sunt crimina, eò
magis providendum. l. 1. §. 5. de Carb edit. Hinc utrum
crimen instrumento aliisve conjecturis urgentibus pro-
bari poterit non absque ratione altercantur DD? Ne-
gativæ decisioni non tamen absq; distinctione standum
putamus: per sup. adductas rationes. Fetin. in c. cum in Ecclesi. n.
1. & Abb. n. 2. de maior. & obed. Treutl. d. disp. de probat. thes. 7.
sub lit. b. Diss. Obrecht. disp. 1. de probat. thes. 140. & seqq. per text.
quos recenset Treutl. d. loco. c t. t. ut lit. non cont. arg. l. 21. &
24. C. hic. Sichard. in d. rubr. C. h. t. in fin. Et hæc procedunt in
Iudiciali probatione, cum Iudicium per litem demum
contestationem constituatur. d. l. unic. C. de lit. cont. secus
vero in extrajudiciali: puta in examinationibus, quæ fi-
unt ad æternam rei memoriam. auth. Sed etsi quis. C. de testib.
c. fin. §. 1. ut lit. non cont. vel quando proceditur per modum
seu viam simplicis inquisitionis. c. quondam. 5. §. sunt & alij.
d. t. aut cum solenni processui Partes renunciarunt, & ex
eorum consensu iudex certum terminum decernit. l. quor-
ties. in fin. C. de privil. schol. li. 12. l. fin. in fin. C. de temp. appell. auth.
generaliter. C. de Episc. & cler. Vves. hic. n. 9. d l. 52. de Iudic. l. 13.
C. de exc. N. 53. c. 3. l. 13. C. de proc. §. 10. & 11. l. de exc. & ibi Dd.
nec solù opponendæ sunt l. 19. C. h. t. l. 9. l. pe. & ult. C. de exc.
à qua opponendi necessitate Reum neque notorium.
gl. in

gl. in clem. appellanti. de appell. Bari. in l. 1. C. de exce. neq; igno-
rantia, ut pulchre docet post Castrens. Sichard. in d. l. 19. C. h. 1. n.
9. excusa bit. Cur ante litem contestatam ratio est,
quia sunt de iudicio differendo, ejuſq; constitutionem
impediunt. Cuiat. 9. obs. 23. & 8. obs. 34. VVes. in parat. de
Except. n. 7. & 10. Vide de hisce Exceptionibus disp. 4. processus iu-
diciarij. th. 31. & 32. Diff. Donell. ad l. 9. C. de except. per d. l. 19.
C. h. t. quam tamen recte post Bald. & alios explicat Sich.
in d. l. n. 5. & Cuiat. d. l. 9. obs. 23. e. c. 1. & 2. ub. gl. & Dd. de
lit. cont. in 6. l. 23. §. 3. de cond. indeb. l. 9. C. de long. temp. præscr.
Bart. in l. fin. n. 3. pro suo. Sich. ad d. l. 19. n. 3. VVesenb. de except. d.
n. 7. & 10. & in §. ult. l. eod. d. disp. præced. 4. processus. th. 32 lit. d.
f. l. pen. de except. l. ult. C. eod. Sich. in sape d. l. 19. n. 2. Chant
mergerichts Ordnung p. 3. c. 13. §. 1. g. puta post litem
contestationem. l. 9. C. de exce. l. 13. C. de procurat. l. 40. §. pen.
ff. eod. l. peremptorias. C. sent. resc. non poss. d. disp. præc. processus. 4. th.
33. & 34. h. l. 1. ub. Sich. & Dd. C. de dilat. l. 23. §. 3. Ex quib.
caus. mai. Konig. c. 71. in pr. Specul. de teste §. qualiter. n. 6. quæ
termini de jure Civili & Canonico sunt arbitrarii, quod
& in Camera receptum est. Gail. obs. 53. n. 20. de jure verò
Saxonum spacium sex septimanarum & trium dierum
conceditur. Landr. l. 2. art. 7. Elect. Sax. p. 1. art. 16. Vide plenius
d. disp. 4. process. th. 14. cum mult. præced.

VI.

Probationes deniq; propositæ si sufficientes fue-
rint secundum eas pronunciet Iudex a. Actore verò
non probante Reum absolvet b. Si dubiæ fuerint pro-
bationes Iudex dissentientes conciliet, & verum extru-
at c. Sin verò omnino contrariæ vel pugnantes eas
in totum & rejiciet d.

Finis &
Effectus.

a l. 2. l. domum. 5. l. doce. 9. C. de R. V. l. argentarius. ub.
Bart. & Dd. de edend. l. 6. 14. 17. & passim. de probat. l. 11. 12. &
l. 1. C. eod. VVes. hic. n. 10. Sichard. ad d. rub. C. hic. in fin. Quando
autem dicantur sufficientes factæ probationes quæritur?
Putamus certò illud concludi non posse, sed iudicis arbi-
trio relinqui. l. 79. §. 1. de iudic. l. 22. §. generaliter. de R. I.
N. 126. c. 1. Castrens. in l. admonendi. n. 34. & seqq. de iureiur.
B Paris.

Paris, de put. in tr. Syndic. tit. de arbitr. cor. n. 21. Decius, consil.
448. n. 29. Gram, dec. 34. n. 47. Iac. Menoch. de arbit. Iudic. quest.
Cas. 90. n. 1. & seqq. quod arbitrium tamen certis limiti-
bus continetur, ut videlicet Iudex eas quæ Lege pro in-
tegris & planis habentur sequi teneatur. d. l. 10. §. fin.
ub. gl. & Bart. & Dd. de edend. Bald. Castrens. & reliqui. in l. prola-
tam. C. de sentent. VVes. hic. n. 3. & 10. Vnde & illa relultat
magni præjudicii quæstio: An secundum acta & proba-
ta vel secundum conscientiam Iudex judicare debeat?
Acquiescimus decisioni traditæ in disp. 1. Processus thes.
43. b. l. 2. l. 23. C. h. t. l. 4. C. de ed l. ult. C. de R. V. l. 9. C. de ex-
cept. l. 9. C. de O. & A. Licet Reus spontè susceperit proba-
tionem in eaq; defecerit secundum gl. & Dd. in l. 14. in fin.
b. t. Mascard. de probat. concl. 37. n. 5. Sibar. in l. 2. n. 2. C. h. t.
vel etiam pares habuerit cum actore probationes. arg. l.
favorabiliores. 126. de R. l. l. 47. de oblig. & act. l. 5. in pr. de pen. l.
4 §. 13: de dol. & met. except. c. ex literis. & ibi. Decius de probat.
Menoch. cas. 98. n. 2. Quæ tamen omnia cum mica salis
sunt intelligenda, puta si Iudex veritatis indagandæ
causa certis ex præsumtionibus iuramentum detulerit.
l. admonendi. per ib. not. a DD. de iureiur. c. c. cum tu. c. in
nostra. ub. gl. de testib. arg. l. 192. §. in re dubia. de R. l. l. in l. 7. n.
9. ne quis eum qui in ius. Sibar. & Dd. in l. scriptura. C. de fid. instr.
Myns. in d. c. cum tu. n. 1. 2. & 3. de test. ubi inter casus eleganter di-
stinguit. magis enim interest, ut actus valeat quam pereat.
l. quoties. de reb. dub. c. inter dilectos. de fid. instrum. spec. de teste. §.
1. n. 51. VVelenb. n. 12. ubi quomodo Regula illa, indu-
bio contra producentem faciendam interpretationem
esse, accipienda docet. Vide & Myns. in c. cum clamor. 53. n. 3
& 4. de test. d. d. l. Scriptura. 14. C. de fid. instrum. l. ubi pu-
gnantia. 188. de R. l. quod maxime procedit in instrume n-
tis d. l. Scriptura. in testibus vero aliud est ubi majoribus &
dignioribus fides adhibetur. c. licet. causam. de probat. l. optima
C. de contrab. stipul. gl. in d. l. Scriptura. & ibi Sibar. n. ult. ubi ad-
dit rationem: Et hæc in genere de probationibus dicta suf-
ficiant, nunc in specie ad materiam testium fit transitus.

VII.

Transitio.

Testes quid?

Testes sunt, qui ad fidem alicujus rei faciendam legitime

legitimè accedunt a: Ex quibus quidam idonei vel habiles quidam secus b. Inhabiles c sunt natura vel lege: Natura inhabiles.

Natura furiosus d, surdus e, prodigus f.
a arg. l. in exercendu. 15. C. de fid. instr. c. forus. 10. de v. s. Alciat. 2. parerg. 2. VVesenb. hic. n. 1. a testando dicti, hoc est, asserendo & invocando VVesenb. d. n. 1. & dicitur hæc assertio testimonium vel vivæ vocis probatio, estq; multò validior & dignior illa, quæ fit per instrumenta. Nov. 73. §. si vero aliquid. 3. c. cum Ioannes de fid. instr. Dec. in rub. de test. Dd. in l. 31. de iureiur. Soarez. in thesaur. com op. lit. T. n. 272. Vide Myns. in d. rub. n. 2. 3. & 4. & in c. in nostra. n. 14. & seqq. b arg. l. idonei. 6. l. nullus. & passim. b. t. maxime enim spectatur in testibus fides, dignitas, mores & gravitas, l. 2. b. t. arg. l. 21. §. pen. de tut. vel curat. dat. censentur a. testes in dubio idonei si non sint prohibiti. l. 1. de testib Lanfr. tr. de test. n. 55. gl. in l. mutus. de Procur. c cognito enim uno contrariorum notum erit & alterum. l. 1. vers. nam si cognoverimus. de his qui sunt sui. l. 15. in fin. Qui satisd. cog. Bar in l. inter stipulantem 83. §. Sacram. n. 4. de v. O. Konig. c. 75. n. 1. vers. Nuhn invollen wir sagen. ideoq; de inhabilibus videndum. d l. in negotiis. 5. l. furiosi. 40. de R. I. §. furiosus. l. de inut. stipul. ub. Ino stitutista. l. qui testamento. §. nec furiosus. de testam. habetur enim huiusmodi pro absente & ignorante. l. 1. §. furiosus. de acq. poss. l. Ergo. ex quib. caus. Specul. de teste. §. 1. n. 88. e arg. l. qui in potestate. §. surdus & mutus. l. 26. cum lege. de testam. §. testes autem. l. eod. ub. Schneid. Myns. & alii Specul. hic. §. nunc tractand. n. 15. 16. 17. quod ita intelligendum, puta si cæcus de visu testimonium dicat: Iust. Reuber. in tract. de testib. p. 1. n. 58. Campege. de test. 118. vel surdus de auditu deponat Reub. d. lo. n. 57. Albe. de Malet. tr. de test. c. 5. n. 36. & 37. qui in hisce casib. varias afferunt distinctiones. f l. is cui bonis. 18. de testa. d. l. furiosi. 40. de R. I. l. I. vers. tamdiu. de Curat. furios. Campege. reg. 116. Alber. de Malet. p. 1. c. 5. n. 35.

VIII.

Lege inhabiles sunt pupilli, h. e. minores X I V. Lege inhabiles.
annis a, liberi in potestate Patentis constituti, item
que parentes b, servi c, liberti in Patronum eius-
que

que liberos d. Producentis domestici e, quilibet
etiam in causa propria f.

a l. 3. §. Lege Julia. l. 19. in fin. l. 20. h. t. c. testes. 4. q. 2.
& 3. idque propter defectum iudicii, d. l. 3. §. lege. hic. l. 1.
de minorib. & ætatem lubricam, quæ ad mentiendum
prona. l. ex libero. 15. de quaest. V. Ves. hic. n. 3. ideò etiam ju-
rare nequeunt. l. qui iurasse. 26. de iureiur. l. 4. de in lit. iur. abs-
que quo testi non habetur fides. l. iusiurandi. C. hic. Specul. de
teste. §. 1. n. 34. & procedit hoc in omnibus causis civilib:
In criminalibus autem etiam si pubes factus ante com-
pletos XX. annos non admittitur. d. l. in testimonium. 20. h.
t. Specul. d. lo. n. 34. Chil. König. c. 75. §. Als nemlich. An autem
major factus recte de iis testabitur, quæ in pupillari æta-
te vidit? affirmamus. ar. l. excipiuntur. ad Silan. §. pupillus. l. de
iur. stip. dummodo proximus pubertati fuerit Specul. d.
§. n. 35. ubi contrariorum rationes adducit, & pro hac affirmativa
concludit. per ib. not. Chil. König. d. §. Als nemlich. in fin. Campeg.
reg. 250. Reub. p. 1. n. 13. & seqq. usq. ad n. 17. Diff. Bart. in l. 3. hic
& ex parte Castrens. ibid. b l. testis idoneus. 9. ff. hic. L. Paren-
tes. 6. C. eod. l. 20. de testam. §. in testib. a. l. eod. quod verum est
in ascendentibus & descendentibus in infinitum. l. quig.
§ 1. de in ius voc. Specul. d. §. 1. n. 2. & seqq. An etiam in libe-
ris emancipatis? propter naturalem affectionem puta-
mus. d. l. parentes, & ib. gl. C. hic. l. liberorum. 220. de V. S. Specul.
d. n. 2. Potest tamen Mater testari de ætate filii. l. etiam
Matris. de probat. De fratribus idem sit iudicium, qui ex
communi sententia à testimonio repelluntur, adhibita
tamen limitatione. König. d. c. 75. §. Die Kinder. ver. Also hat
auch der Bruder für den Bruder nicht gezeugen. gl. in l. Parentes.
C. de testib. per §. sed neq. heres. l. de testam. Campeg. reg. 6. fall. 1.
In causa matrimonii vel contrahendi vel distrahendi
propter consanguinitatem Parentib. in causis liberorum
& proximiorib. agnatis datur testimonii ferendi facultas
c. consanguineos. 35. q. 6. c. videtur: qui matr. accus. poss. Specul. §. 1.
n. 4. vers. Quarto fallit Alber. de Mal. p. 1. §. 1. n. 12. König. d. c. §.
Item Vater und Mutter. c. l. servos. 8. C. h. t. d. l. 20. §. servus quoq.
de testam. d. §. testes. l. eod. ub. Sneid. Myns, Borcb. & alij l. quod at-
tinet.

finet. 33. l. servitatem. 209. de R. I. quod etiam in Monachis
 procedit. arg. c. si religiosus. de elect. n. 6. c. monach. à monasterio.
 16. q. 1. Specul. d. 5. 1. n. 36. Ioan. Crotus tract. de testib. p. 4. n. 85.
 Dd. in l. eos C. de testib. præsertim in causa seculari. Campego
 Reg. 94. d. l. 3. §. pen. l. 4. h. n. t. l. libertorum. C. eod. VVesenb.
 d. n. 3. sed hæc in foro amplius locum non habent: An
 verò idem dicendum in vasallo, quod in liberto non in-
 fuisse quæritur? Negamus. arg. l. 1. h. t. Alber. de Malet. p. 1.
 c. 2. n. 27. Iust. Reub. p. 2. n. 106. & seqq. usq. ad n. 114. qui eruditè
 hæc disputat VVes. n. 3. vers. unde inferunt. Diss. varie distinguendo.
 Dd. Specul. d. 5. 1. n. 21. Campego. reg. 17. per ib. alleg. quanta a.
 fides huic sit danda Iudex videbit Reub. d. n. 103. e l.
 testes. 24. h. t. l. etiam. C. eod. §. in testibus. l. de testam. quorum
 appellatione veniunt uxor & maritus. l. sed et si. §. Præterea.
 Si quis caut. l. 36. de Iudic. l. 1. §. si vir ad Syllan. Specul. d. 5. 1. n.
 15. Cyn. in l. de crimine. C. qui accus. poss. Konig. d. c. 75. n. 6.
 vers. Mann vnd Weib. quod tamen fallit, si utrique parti
 sunt domestici post Specul. d. 10. VVesenb. n. 3. f. l. nullus. 10
 h. t. l. 19. C. eod. ut sunt Actor, Reus, debitor, venditor
 propter periculum evictionis, socius tam contractus,
 quam criminis Patronus: &c. Dd. in d. l. omnibus. 10. C. hic.
 Specul. d. 5. 1. n. 74. 76. per l. fin. ubi gl. & Dd. hic. Cynus in d. l. 10.
 & l. quoniam. C. eod. quod tamen intellige, si ad ejusmodi
 personas emolumentum inde redundet vel aliàs profic
 Dd. dd. loc. si quoque de consensu alterius partis expressio
 fiat merito admittuntur. arg. l. fin. C. de fideiuss. l. delata. 9. C. de
 reb. cred. Plures vide limitationes apud Dd. locis citatis.

IX.

Eorum quoque testimonium non recipitur, qui
 pecuniam ad testificandum acceperit a, quive sub im-
 perio producentis b, vel pauperes sunt c, qui que ad-
 versus fidem testationis suæ vacillant vel pugnancia de-
 ponunt d. Inviti quoque testari non cogantur senes, va-
 letudinarii, milites &c. e.

a l. 3. §. 5. h. t. l. eos. 5. l. si quis 17. C. eod. c. 1. de testib.
 Specul. d. 5. 1. n. 43. vers. Item. Reub. d. tr. p. 1. n. 38. qui
 & in falsi pœnam incidit. l. 1. §. 1. ad l. Corne. de fals. c. satis. 33.
 q. 5. l. 2. l. 4. l. ult. de cond. ob turp. caus. c. fin. vers. cum autem. 14.

q. 5. Felin. in c. 1. h. t. Repellitur etiam corruptus, ut verum
dicat. d. l. 3. §. Lege Julia. & l. 17. C. eod. Bart. in l. diuus. de re iudi.
Lanf. de test. n. 79. falsi a. pœna coerceri non potest cum fal-
sum non commisit. Dec. in c. 1. de test. My. in d. c. 1. n. 2. 3. & 4.
Diss. gl. in l. 1. §. 1. & Bart. ibid. in pr. ad l. Cornel. de fals. b. l.
idonei. 6. h. t. aut qui in potestate sunt. de quib. thes. preced.
dictum. An vero subditi sub hac exceptione contineantur
elegantè quæritur? Neg. arg. l. 1. §. 1. h. t. Cyn. in d. l. eos. Feli.
in c. ex literis. de testib. Alex. vol. 5. cons. 88. n. 16. Specul. d. §. n.
18. Konig d. c. 75. in fin. vers. an verò subditi. Alber. de Malet. d. tr.
c. 2. n. 43. & seqq. Sichard. ad d. l. eos. C. h. t. n. fin. Diss. gl. ad d. l. ido-
nei. par text. ibid. ad quem recte respondent Dd. dd. loc.
Idem etiam statuimus de iis, qui de universitate vel civi-
tate sunt, ut in causa ejusdem testimonium ferre possint.
c. insuper. c. cum nuntius. c. tuis. h. t. quæ enim universitatis
non singulorum putantur. l. in tantum. 6. §. 1. ub. Bart. de R. D.
l. sicut. 7. Quod cuiusq. universi. Cyn. in l. parentes. ubi & Sichard.
n. 5. & 6. Specul. d. §. n. 12. VVesenb. d. n. 3. in fin. Menoch. de arb.
Jud. qq. cas. 106 per tot. quod maximè procedit in defectum
aliorum. arg. l. consensu. C. de repud. Specul. d. loco. Konig. d. c.
75. §. Ob aber die Einwohner. per tot. c. l. 3. in pr. h. t. præ-
sumuntur enim lucri causa facile quicquam admittere.
d. l. 3. Sola tamen paupertas testem non repellit c. si quis
testis. ub. gl. de testib. nisi alius sit suspectus. Spec. d. §. n. 71. N. de
testib. §. sancimus. proque integro teste propter metum
ne forte pecunia corruptus non habetur. Konig. d. c. §.
Der Arme vñnd der Baursmahn. Reub. p. 3. n. 48. Quis au-
tem pauper dicatur ambigitur? Nos Iudicis arbitrio re-
linquimus. arg. l. tam dementis. C. de Episc. aud. Bar. in l. si constan-
te. n. 14. solut. matr. Alex. ib. n. 13. Decius cons. 163. n. 6. & 7. Co-
var. l. 2. var. resol. c. 6. n. 8. Menoch. de arbit. Judic. quest. cas. 65.
Masver. in sua pract. de testib. n. 40. vers. adde. Diss. gl. in auth. prate-
rea. C. unde vir. & uxor. per l. nonnulli. de accusat. Specul. d. §. n. 61.
d. l. 3. h. t. arg. l. cum precum. 19. C. de lib. caus. l. ubi pugnancia.
188. de R. l. Specul. d. §. n. 69. vers. Item quod testes sunt varij:
quod ita intelligendum, nisi in continenti quasi memo-
ria lapsi errorem suum corrigant. c. praterea. de test. cog. in
conti-

continenti autem fieri dicitur, quod fit antequam ta-
 bello responfionem in chartam retulerit *Covar. l. 2. var.*
resol. c. 13. n. 8. vers. secundo. per d. c. praterea. de diversis aliud
 fit iudicium. *vid. thes. VI. sub lit. c. in fin. c. l. inviti. 8. hic.*
 Senes dicuntur ii, qui LXX. annum implevere, quod
 & in reliquis publicis muneribus observatur. *§. item ma-*
ior. l. de excus. tit. l. 3. in pr. ff. eod. l. 2. l. semper. 5. in pr. de Iur. im-
munit. Konig. d. c. 75. n. 11. §. Alte Eute die vber siebennig Jhar.
 quamvis etiam id quandoq; iudicis arbitrio relinquatur.
Myns. in c. quoniam. in pr. ut lit non contest. idē de valetudinariis
 statuēdū d. l. inviti. quemad. & reliquis. Sed hæ personæ in-
 ter quas & mulieres recensendæ, quæ licet testes esse
 possint in civilibus & criminalibus iure civili. *l. ex eo. 18.*
b. 1. quamvis de iure Canonico in criminalibus secus.
c. forus. §. testes. de V. S. iunct. gl. c. mulierem. 33. q. 5. Sich. ad rub. C.
hic. n. 8. ut & feudalibus, c. 1. qui test. sunt nec. in usib. feud. &
 testamento, *l. qui testam. §. mulier. de testam.* eas tamen natu-
 ralis verecundia in publicum prodire non patitur. *l.*
optimam. C. de contr. stipul. arg. l. foemina. de R. l. & ib. Dd. domi
 per certas personas examinandæ sunt. *c. si qui testium. de*
test. Konig. c. 77. n. 4. Nun werden erliche Personen. Reub. d. tr.
p. 2. n. 214. & seqq. Vide de his & aliis personis domi examinandis.
Myns. in c. si qui. 8. n. 1. cum mult. seqq. De Iudice & arbitro
 an testes esse possint? notant post alios *Konig. d. c. 75. n. 12.*
per ib. alleg. & Myns. in c. insuper. 6. n. 4 & 5.

X.

Denique non admittuntur in omnibus causis
 notati infama iuris *a*, ut & facti infamia in crimi- *Infames.*
 nalibus solum *b*. Hos verò exceptos, de quibus ha-
 tenus dictum, Iudex certas ob causas admittere po-
 test *c*, cujus in arbitrio totum hoc negotium re qui-
 escit, qui quibus major vel minor fides adhibenda æquis
 libris pensabit *d*.
a l. 3. §. 5. in fin. h. t. c. testimonium 54. de testib. Specul.
de teste. d. §. 1. n. 24. quæ irrogatur vel lege, l. 1. & 2. qui not.
infam. vel sententia iudicis, l. furti. l. quid ergo. ff. d. t. cuius
 multæ hic recensentur species; utputa *damnati repe-*
tunda-

eundarum, l. 15. ob carmen famosum, l. 21. ob calumni-
am, l. 13. ob adulterium, l. 18. publici quoque iudicii re-
us, l. 20. h. n. t. perjurus, c. sicut 9. eo. excommunicatus, c. ve-
mens de test. Spec. d. §. n. 31. hæreticus, l. quoniam. pen. C. de her.
c. 1. de testib. Specul. d. lo. n. 59. in manifestis quoq; flagitiis
hærens. c. super. 13. eod. Bart. in d. l. 3. §. 5. h. t. Spec. n. 32. Plures
species vide apud Dd. dd. loc. quibus adde VVes. hic. n. 3. eos or-
dine persequentem. b d. c. testimonium. 54. de testib. gl. Bart.
& Dd. in l. 2. verb. turpitudinem. de Senat. gl. in l. 3. §. dua autem.
de Carb. Edict. Campeg. de test. reg. 31. Est autem infamia fa-
cti, quæ non Iure, sed re ipsa minuit existimationem apud
bonos. l. ob hac verba. 20. & passim. de his qui not. inf. Ratio cur
in criminalibus repellantur, est, quia in his luce meridi-
ana clariores requiruntur probationes ut dixi thes. 5. lit. b.
cum ib. alleg. in civilibus aliter se res habet, l. 2. de obseq. par.
& patro l. 1. ib. Br. Bald. C. de sum. trinit. Felin. ad d. c. testimonium.
licet hisce tanta non adhibeatur fides : maximè autem
non videntur admittendi in gravioribus civilibus causis,
cum civilis ardua comparetur criminali controversia.
c. 1. de restit. spol. in 6. Bart. in d. l. 1. Felin. d. loc. n. 2. Num verò
huiusmodi testari possit de his, quæ ante infamiam vel
inculpatus cognoverat? Negatur per d. l. 3. §. dua a. sunt cau-
sa. de Carb. Edict. l. licet 15. de arbit. Alciat. in l. notionem. de V. S.
Konig. d. c. 75. n. 2. ver. Item testari non potestis. Tandem an te-
stis in Iudicio de crimine quopiam, propter quod à te-
stimonio repelli posset, in errogatus illud confiteri tene-
atur eleganter quaritur? Negamus : arg. c. inquisitionis. §. 1.
de appellat. c. cum caus. ub. gl. b. t. cum nemo cogatur manife-
stare turpitudinem suam, præsertim in detrimentum al-
terius puta producentis. Innocent. in d. c. inquisitionis. Specul.
hic. §. iam de interrogatoriis. n. 22. Konig. c. 73. n. 4. Alber. de Ma-
let. hic. c. 8. n. 25. Boss. tit. de oppos. cont. test. n. 53. c. c. pervenit.
c. fin. de test. cog. puta cum aliter veritas haberi non possit.
Specul. de teste. §. qualiter. n. 18. & §. de testium. n. 1. Salycet. in l.
ea quidem. C. de accus. Alex. vol. 1. cons. 64. Schurff. cent. 1. cons.
60. Konig. d. c. n. 11. ib. Denn es ist Sünde die Wahrheit zu ver-
schweigen. Mynsing. in c. de catero. n. 9. h. t. debet autem certò
constare

constare, de hoc quod alii testes non supersint. Alex. d. cons. 64. n. 5. Hyppol. de Marsil. sing. 73. n. 2. Gail. l. 1. obs. 102. n. 9. cujus probatio producenti incumbit, alioquin semper alios reperiri non posse quilibet prætenderet, ut post Seburff. d. cons. 60. n. 14. & 15. eleganter statuit Myns. cen. 3. obs. 16. d. l. 2. & l. 3. in pr. & §. 1. vers. Tu magis scire. h. t. l. fin. de fid. instr. Ioan. Baptist. Schwarzenhaler. in process. l. 2. act. 7. c. 9. Wesenb. n. 6. vers. ceterum. An videlicet præter ea, quæ supra dicta sunt, testis sit producentis amicus, l. 3. & qui dicatur Alex. vol. 1. cons. 78. n. 3. & 5. vol. cons. 88. n. 14. König. d. c. 75. n. 4. Item So der gezeuge ein grosser Freundt. ib. Welches aber ein grosser Freundt mag genennet werden/wird in bedencen des Richters gestalt. notat Myns. in c. quoties. 5. n. 7. & seq. An vero inimicus ejus contra quem produci- tur, d. l. 3. vers. vel an inimicus. puta summus capitalis. l. licet. de arbit. Innoc. in c. inquisitionis. de accusat. König. d. c. n. 3. ver. Item So der gezeuge ein Feindt ist. Myns. d. loco. quæ dicantur capitales inimicitæ: vide post c. repellantur. de accusat. Masver. in pract. de testib. n. 40. Camerar. in oper. succisiv. c. 92. per tot. quamvis non absque ratione judicis arbitrio hoc com- mitti statuat post alio se. Menoch. de arb. iud. quest. cas 110. n. 2. & 3. An etiam vilis vel abjectæ sortis homo. d. l. fin. de fi. instr. Reub. p. 3. n. 50. plures casus videre licet apud Dd. dd. loc.

XI.

Testes igitur non expresse excepti producti in Iudicio legitimo tempore a, super eo, de quo interro- gantur deponere debent viva voce b, ex certis scien- tiæ suæ causis c, non de auditu alieno d, quod ul- timum licet non probet præsumtionem tamen pro pro- ducente facit e.

Testium
productio &
depositio.

a post litem videlicet contestatam: vid. th. 5. sublit. c. quod tempus in multis casib. fallit, puta si de morte testi- um timeatur vel diuturna absentia c. quoniam frequenter. & ib. Mynsing. n. 11. ut lit. non contest. Vide plures limitationes. in d. c. quoniam. per totum. & ib. Mynsi. item Gail. l. 1. obs. 102. & d. th. 5. in alleg. b l. 1. & ibi. gl. & Bart. hic. N. 90. c. 3. c. testes. 3. q. 9. Villalob. com. op. lit. T. n. 107. quæ dicta Notarius assignare
debet.

C



debet c. cum causam. de appell. Spec. §. nunc tractandum. n. 2. c. l. 4.
 C. h. t. c. in presentia. eod. non enim sufficit dicere scio,
 verum est, sed & scientiæ causa reddi debet. d. l. sola. 4. C.
 h. t. & ib. Dd. c. cum causam eod. N h. t. c. 2. Landrecht. l. 2. art. 22.
 ib. gl. Konig. c. 78. n. 1. vers. Und wenn der Berhörer, quod ta-
 men intellige, si fuerit interrogatus de causa. Specul. d.
 §. n. 60. Sin secus in his quidem quæ sensibus sunt expo-
 sita fidem faciunt, in illis verò quæ intellectu compre-
 henduntur nequaquam. gl. in l. 2. §. idem labeo. 8. de aq. plu-
 arc. Cyn. Bald. Salyc. in d. l. sola. Alex. vol. 1. cons. 109. & cons. 136.
 n. 5. Konig. d. c. 78. n. 1. vers. Denn wo er das nicht thut. Ves. hic.
 n. 6. De credulitate testis haud deponere potest. l. testium.
 ub. Cyn. n. 19. C. h. t. Bart. in l. 2. §. idem labeo. 8. de aq. plu. arc.
 Konig. d. c. 78. n. 6. utpote: si dicat: Credo quod sit verum
 nihil probat secundum Bart. in l. si quis ita. ad fin. de test. tut. eti-
 am si etiam firmiter & pro certo se credere asserat. Bald.
 in l. siue possidetis. n. 6. C. de probat. Alex. vol. 1. d. cons. 109. n. 1.
 vers. adeo Iason. in l. 6. si cert. pet. n. 6. & 7. Chil. Konig. d. c. 78. n.
 6. 7. 8. ubi varios scientiæ casus enumerat. d. c. licet. 47.
 de testib. gl. in d. l. testium. ub. Bart. & Dd. quod procedit
 quamvis fama concurrat. d. c. licet ex quadam. h. t. c. tua nos. de
 consang. & affin. c. in primis. 2. q. 1. Alex. vol. 2. cons. 25. Konig. d. c.
 n. 3. vers. Und der gezeuche mus hierinnen. Valet tamen hu-
 jusmodi testimonium, si deponatur super aliquo vetu-
 stissimo negotio. l. si arbiter. l. census. de probat. l. 2. §. 8. & an-
 tep. de aq. plu. arc. vel si de cognatione aut affinitate tractetur:
 requiruntur tamen testes omni exceptione maio-
 res. d. c. licet ex quadam. & ib. Canonist. d. test. Konig. d. c. n. 4. ver.
 Allein in alten geschichten wird das Gezeugnis von höhren sager
 zugelassen. Menoch. 2. arb. iud. quest. cent. 5. cas. 475. Mynsing.
 in c. tam literis. n. 2. & seqq. h. t. & 6. observ. 58. Plures casus vi-
 de apud Ripam in l. 1. si cert. pet. n. 86. Dec. cons. 82. & alios de
 Myns. d. lo. citatos. e Rom. sing. 345. & consil. 424. in fin.
 Alex. vol. 1. cons. 77. n. 4. vide Myns. d. obs.

Citatio &
 Iuramenti
 delatio per
 Iudicem.

XII,

Iudicis officium est testes citare a, petente
 parte b, & quidem sumtibus producentis c, invio-
 tos etiam ad testimonium ferendum compellere d,
 compa

comparentibus in iudicio iuramentum, quod est de veritate dicenda, imponere e.

a l. si quando 19 C. hic. l. 3. §. exhibere. de tab. exhib. Specul. d. 1. §. qualiter. n. 6. Campeg. reg. 167. quæ literæ citatorix Forderbrieff dicuntur, Schwarzenthal. in proces. l. 2. act. 7. c. 19. n. 10. licet enim vere citatio non sit citationis loco tamen est productio testium à partibus facta. arg. l. 20. h. t. Lanfr. tr. de test. n. 12. Croc. tr. de test. p. 7. n. 35. Si enim semetipsum ultro testis ingesserit suspectus redditur. arg. l. quæ omnia. §. sed etsi adversario. de Procurat. Bar. in l. post legatum §. his vero. de his quib. ut ind. quod tamen non procedit in casu, ubi læsio conscientix vel peccatum subest. Bart. d. loco. Myns. cent. 4. obs. 3. b l. iudices. 18. C. de fid. instrum. c. 2. c. fin. de test. cog. si enim petitum non fuerit Iudex officium suum impertiri non debet. l. 4. §. hoc a. iudicium. de dam. inf. & ib. Bart. Ferrar. in form. iur. test. verb. citati n. 2. Ves. hic. n. 3. in pr. c l. 3. §. 4. h. t. l. 11. C. eod. l. 6. §. 2. C. de appell. l. 11. §. 2. ad exhib. quod nisi facturus comparere non tenentur. c. statutum. §. proferendo. & ib. gl. in verb. expensas. de rescript. in 6. Modus tamen expensarum observandus & personarum qualitates considerandæ, Gail. erudite l. 1. obs. 99. Iudex quoque videbit, ne testes ultra tempus detineat. d. l. si quando. C. de testib. Gail. d. loco. n. 7. ubi etiam in seqq. statuit de mercenario & operario, qui in testem producitur, quod operarum debeat ratio haberi. per rationes ibi adductas. d d. l. si quando. & auct. ib. C. h. t. l. 22. ff. eod. & t. 1. de testib. cog. ne veritas occultetur. c. quanquam. 14. q. 2. quæ compulsio fit captis pignoribus vel multæ indictione. c. fin. de test. cog. arg. §. finl. de satud. tut. l. 1. si quis ius dic. non obt. Campeg. reg. 141. Lanfr. in c. quoniam. verb. testes. n. 31. quæ multa iure Saxonico est 10. Rhenan. Constit. Des Hoffgerichts Leipzig fol. 219. & hoc adeo verum est, etiamsi iuraverit, se nolle testimonium ferre, c. pervenit. de testib. cog. & ib. Abbas. Estque hæc compulsio iudicis facienda si citatus comparere noluerit. c. 1. & c. super eo. de test. cog. Abb. in c. dilectus. n. 3. de excess. prelati. Gail. d. l. 1. obs. 100. ubi quid hoc in casu Camera observet eruditè disserit. Hoc autem

notandum non omnes testes invitos cogi posse. l. *inviti*.
de test. c. si testes. §. item lege. 4. q. 3. ubi varia persona recensentur.
de quib. & reb. 9. in fin. egimus. Huc etiam referri debet
 proxeneta, qui ad testimonium ferendum in contractu,
 cui interfuit, cogi non potest. Nov. h. t. §. *quoniam vero. gl.*
in c. dilectorum. de test. rog. & ib. abb. n. 3. Bart. in l. deferre. n. 2. de
Iur. fisci. Alex. vol. 1. cons. 13. n. 14. nisi utriusque partis con-
sensus accedat, Dd. dd. locis. non verò alterius partis, ut
cum communi statuit Gail. d. obs. n. 17. 18. 19. Suntque hæc,
 quæ diximus, vera indistincte in civilibus, in criminali-
 bus, vide *gl. in c. dilectorum. verb. super criminib. de test. cog. Gail.*
d. obs. n. 20. e. l. 9. & l. 19. C. h. t. c. 5. eod. in quo adeò to-
ta substantia depositionis consistit, ut testi quantumvis
in dignitate constituto injurato fides non habeatur. d. l.
Iurisiurandi. 9. C. hic. post Chil. Konig. c. 76. n. 1. vers. Es sagen die
Recht. & ibi allegat. Gail. l. 1. obs. 101. n. 1. quod juramen-
tum partium consensu remitti potest. c. tuis questionibus.
& ib. gl. in verb. remittatur. de test. Konig. d. c. 76. n. 4. Mynsing. in c.
quoniam. 11. n. 94. & in c. fraternitatis. n. 20. item. cent. 3. obs.
80. n. 5. Iudex tamen licet remissum imponere potest,
Alex. in l. 1. n. 18. de fer. Specul. in tit. de teste. §. sequitur. n. 6. Gail.
d. obs. 101. n. 5. An autem iuramentum post depositio-
nem factum à testibus valeat, & testimonium confirmet
non inconcinne quæritur? Neg. quia præcedere de-
bet, d. l. Iurisiurandi. c. de testib. de test. ubi Fel. n. 5. c. hortamur. 3.
q. 9. quod tamen cum distinctione in Camera recepta
subaudiendum est, per ea, quæ tradit Gail. d. obs. n. 9. & seq.
Mys. cen. 4. obs. 77. per tot. & quatenus iuramentum sta-
tuto remitti possit, vide apud eundem Gail. d. obs. n. 11. cum
seqq. ad fin. Formulas iuramenti tradit Konig. d. c. 76. n. 2. &
Dd. ib. allegati. Schwarzenthal. l. 2. act. 7. c. 19. n. 7. Petr. Termit-
neus. in proces. Iuris. c. 38. §. Ich schwere.

XIII.


Examen & publicatio. Quò præstito parte adversa, contra quam produ-
 cuntur, legitime citata a, testes quos recepit Iudex
 ad minimum duos b, examinare c, qua exam-
 natione

natione finita elapso justo termino attestations publi-
care, copiamq; litigatoribus communicare tenetur *d*,
quibus publicatis partibus tam contra personas, quam
res depositas exceptiones proponere conceditur *e*.

a ut videat eos jurare & interrogatoria propo-
nat. *c. 2. de testib. & ibi gl. in verb. audire. l. Iudices. C. de fid. instr.*
l. generaliter. §. his presentib. C. de reb. cred. N. de testib. §. hic vero.
Et vocatur hæc citatio vulgo Verkundtbrieff. Schwarz-
rentz. *d. l. 2. act. 7. c. 19. n. 10.* Si autem pars citata non com-
paruerit, nihilominus testium depositiones fidem faci-
unt. *gl. in d. c. 2. de testib. verb. noluerit venire. & ibi. Abb. n. 10.*
text. in l. si quando. §. sed cum minime. C. eod. Konig. d. c. 76. n. 5.
vers. Und wo der Wahrt ungehorsam aussenbleibt. quod ta-
men non procedit, si legitima fuerint impedimenta
Ehehafften. d. c. 2. & ibi gl. in verb. inevitabili. ub. & Abb. n. 11. l. si
finia. §. si forte. de dam. inf. Konig. d. c. 76. n. 5. vers. hatt er aber.
Excipiuntur tamen certi casus, in quibus non est opus
citatione partis, quos refert Felin. *in d. c. 2. & Socin. reg.*
523. puta si testis gravi morbo decubuerit, tum enim
potest absente parte a solo Notario examinari Gail. d. l. 1.
obs. 102. n. 4 & seqq per rationes ibi. adduct. b l. ubi numerus
de testib. l. 1. in fin eod. arg. l. 2 18. de V. S. Plures testes in va-
riis casibus a jure admittuntur Myns. in c. licet. 23. n. 4. & 5.
Schwarzrentz. d. l. 2. act. 7. c. 7. unius verò testimonium
nullum est. l. iurisiurandt. C. h. t. l. 20. de quest. c. veniens. c. licet. de
test. Aegid. Bos. in oppos. cont. test. n. 70. & seqq. Specul. d. tit. §. re-
stat. Schwarzrentz. d. act. 7. c. 8. quod adeò verum, ut unus
testis etiamsi Princeps plenè non probet Clar. 5. sent. §. fin.
n. 21. Myns. in c. cum a vobis. n. ult. Treutl. hic. th. 7. sub lit. A. Vide
tamen limitationes apud Konig. c. 80. n. 2. Wol sind esliche
fälle in Rechten. Mynsing. in c. licet. 23. n. 3. Eodem modo nec
singulares testes admittuntur, c. licet causam. de probat. c. cum
dilecti. in fin. de accus. l. ob carmen. de testib. nisi in probanda lu-
risdictione vel servitute, Mynsing. ad c. licet. 47. n. 7. cum
mult. seqq. Gail. l. 2. obs. 66. n. 10. 11. & 12. ubi & alios casus enu-
merant, c & vel super articulis, c. fin. de test. cog. c. presenti-
um. §.

am. §. testes. h. t. qui parti citatæ debent transmitti, Innoë. in c. per tuas. de test. Konig. c. 72. n. 1. vers. vñnd dem der gestalt. Gail. d. obs. 95. n. 6. vel super capitulis, c. fraternitatu. c. causam qua & c. per tuos. h. t. vel etiam super interrogatoriis, c. actor. 6. q. fin. c. ex parte. h. t. quæ iudex si fuerint iuutilia rejicere debet gl. in c. present. §. testes. h. t. Spec. §. iam de interrogatoriis. n. 3. eleganter Gail. l. 1. obs. 95. quorum copia parti adversæ danda non est, Gail. d. obs. n. 6. ubi rationem addit. Et debet examinatio fieri clam partibus adhibito Notario, l. nullum. C. de testib. c. venerabili. ub. xl. eod. c. inquisitionis. §. tertio. de accusat. Konig. c. 77. n. 1. vers. Da müssen nun die Pahrt abweichet & sigillatim auth. de testib. §. quia vero. Specu. in §. nunc tract. in pr. VVes. n. 5. in med. Mynsing. in c. venerabili. n. 5. & 6. & testibus jejunis, c. 1. h. t. quod tamen magis jam honestatis est, quam necessitatis. Specul. §. 1. n. 86. An verò examen testium alteri possit demandari? Vide post Konig. d. c. 77. §. Vñnd ob ein Richter. Gail. d. l. 1. obs. 96. Et an commissarius rursus subdelegare possit, vide eundem Gail. obs. 97. per tot. d. partibus videlicet præsentibus vel ad id citatis, c. cum l. & A. de sent. & re iudic. c. cum venissent. c. in nomine. de testib. Specul. §. satis. Konig. c. 86. in pr. quæ publicatio non est de substantia processus, Gail. obs. 105. n. 1. decernendus quoque est terminus, in quo detur copia testificatorum. c. quoniam contra. de prob. l. gesta. C. de re iudic. facta publicatione partes ulteriori productioni renunciare tenentur propter timorem Subornationis, N. h. t. §. quia vero. Specul. d. §. satis. n. 2. Konig. d. c. 86. n. 3. per tot. quod tamen limitatur in nonnullis casibus. Chil. Konig. d. lo. n. 9. Specul. d. §. satis. n. 2. & 3. Myns. ad c. intimavit. n. 3. & in c. fraternitatis. n. 9. 12. 13 & seqq. usq. ad n. 19. latè Gail. obs. 105. l. 1. e. l. 16. hic. l. 6. ubi Bart. C. eod. de exceptionibus adversus personas supra dictum adversus verò res depositas ultra prædicta Vide VVesenb. n. 7. hic. Reub. p. 3. per tot.

F I N I S.





99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







PROCESSVS IVDICIARII
DISPVATIO VI.
DEPROBATIO
ONIBVS, TESTIVM
HABILITATE, PRODVCTIONE,
examine, depositione, & attestatio-
num publicatione
*Ex Jure Civ. Can. Sax. Ordin. Cam.
Imp. & in foro recept. Practic.
opin. desumpta*
Q V A M
DEO ter opt. ter max. auxiliante
SVB PRÆSIDIO
Nobiliss. Clariss. Consultiss. Viri
Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.
& in illustri Salana P. P. P.
proponit & propugnabit
SIGISMVNDVS ANDREAS
MARCVS.
Publicè in Iurisprudentiæ Acroasi
Ad diem 25. Octobr. horu soliti.
I E NÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCCXCV.

